

1145 eum dulcissima allocutione circumveniens, tanquam de omnibus, quae ad pacem sunt, secundum consilium eius finem facturum, ad q. duc. proprias sedes reverditur. In primo autem noctis silentio ipse cum 1432 suis nefariis complicitibus tanquam contra hostes loriceis et ceteris bellicis armatur instrumentis, et sic ad predictum pastorem suum vel occidendum vel capiendum progreditur. Et cum iam ad ipsam villam, in qua episcopus tanquam de pace securus dormiebat, processissent, solo ibi rivulo satis difficili transitu eos impediente, quidam spiritum ~~domi~~ Domini habens, quod predictus episcopus possit evadere signum dans, carmen bellicum incipit. Eo audito primo Munkar, grisei ordinis monachus, eum silentium tenentem excitat, et, ut cito mortem evadat, clamat, et solummodo pelliculis, quibus tunc coopertus erat, vestitum, et vilibus calceatum calceolis, quidam de suis viri timorati ultra sepe domus iaciunt. Qui parum inde progrediens inter fruteta et algores nivium se in orationibus iacit, illi autem gravi impetu thalamum eius ingrediuntur, eiusdem ordinis ibidem quosdam regulares canonicos inveniunt, ex quibus quendam ducam nomine, ipsum putantes episcopum esse, gladiis cedunt. Sed cum eum non esse compertiunt, ei colaphos et plurimas alapas superimponentes cum ceteris fratribus spoliatum senivivum relinquunt.

- 1) Wulf von Grad. R. 652 naman Konrad und Oratiblan
von dem Vörsfall Oratiblan; ~~und~~ von göpfligen Törsiblan
Börsel I, R. 246 n. 267 und Jördrig I, 146 ff, Th. 143 n. 145 gibt frase,
daß ein Hroald mitpüldig gewesen sein muß. Hgl. Sagenbuch
I, R. 318 f. n. Botsfols 241 f.